Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

Bibliographische Daten

Titel:	Medzinische Sammelhandschrift – Nürnberg, STN, Cent. V, 50
Signatur:	Cent. V, 50

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

scilicet aquam et aerem Et unum separabis ab alio in balneo reponendo
ubi tantum aqua clara ascendet et solus aer remanebit in simi
litudine olei aurei quod oleum est aer quod repone ad partem
Deinde remanet adhuc ignis cum terra ad separandum ignem a
terra pone ellementum aque quatuor libras aque super ma
teriei et pone per octo dies ad bene incorporandum ut supra
in balneo marie postea pone ad ignem flamme valde fortem
et ascendet aqua rubea quam collige quamdiu aliquid ascendit et
remanebit tibi aqua nigerrima in fundo quam collige ad
partem Deinde aquam rubicundissimam repones quia tibi
sunt duo ellementa scilicet ellementum aque et ignis et pone in
distillatorio ad ignem balnei et ascendet aqua clara et rema
nebit in fundo oleum rubeum quod est ellementum ignis Et
ita habes modo primo oleum id est aerem ad partem et
aquam et ignem et terram Et nota quod ideo elementum aque
reponitur quia non ascenderet ad extrahendum a terra
ignem et aerem nisi adiutorio elementi aque Reduc quodlibet
in quintam essentiam cum vase circulationis et prius recti
fica unum faciendo ascendere septies per alud Sed primo o
portet terram nigerrimam calcinare xxi diebus in furno re
verberationis et propter cum de hac scientia amplius non loquor
sed glorifica deum in hiis que audisti etc

Rubrica Canon quartus in secreto fabricationis ma
gisterii solis in figendo ipsum in celo nostro in quinta
essentia iam quesita ut luceat in eo ad influendum
in minori mundo hoc est in corpore nostro lumen et
principium vite etc

Nam tempus est ut ornemus celum nostrum quinta essentia ut figamus
in ea solem nostrum id est aurum a proprietatem auri ut generet clarissi
diem totius vite nostre sanissimum et validissimum usque ad ultimum ter
minum nobis constitutum adeo quod sine nota morte preterm
non potest. Magnum est posse figere nostrum solem in celo Et
nota quod quinta essentia superius iam quesita ita subtilis est et
ad tantam spiritualem et glorificatione reducta est ut ex sua
activitate semper sursum tendat et ideo oportet eam ligari et
sigillari in vasibus vitreis non porcosis ne effugiat manus
nostras. Sol autem noster se habet econverso tante passivitatis
est et soliditatis tam mire ut ignis cum toto suo ingenio ipsum
devastare non possit nec facere vaporari ymo si incredibi
lis devastationis ingenia apponatur sicud est ingenium cine
ricii in quo omnia metalla penitus destruuntur auro et argento
exceptis Et si cementum regale apponatur quod fortissimum
fit ex sale et latere antiquo sulfure et armoniaco in quo ar
gentum preciosius mundi statim evanescit in fumum tamen
amplius ibi vigoratur aurum et etiam depuratur. hoc